

Omnes enim mors cadere facit: sed post illa diuē Non sum securus hodie Vel cras moriturus  
 tibus pie: celsus iudex deus miranda promittit. Intus siue foris est plurima causa timoris



Vita quid est homo: nisi res vallata ruinis. Est caro nostra cinis modo principium modo finis

Mors

Peregrine satis cucurristis  
 Hinc et inde ut bonus aduena  
 Unde sepe vexatus fuistis  
 Cur facies est vestra palida  
 Oratio vobis est valida  
 Nam domino ut credimus valde  
 Omnimodo est semper placida  
 Qui laborat dignus est mercede.

Peregrinus

In diuersis vero temporibus  
 Hinc et inde peregre cupiui  
 Vbi fui magnis langoribus  
 fatigatus sed libenter iui  
 Nunc gratiam summi dei tui  
 Salariis credo recipere  
 Nam omnia ut scio et sciu  
 Quanquam tardet decet dimittere.

Mors

Et vos pastor venite leuiter  
 Non expedit hic modo restare  
 Oves vestras gregesque breuiter  
 Dimittetis sic oportet stare  
 Non potestis pro nunc deuiare  
 Cum premia iuste acquiratur  
 Sic mediator vos aleuiare  
 Felix ille qui bene moritur.

Pastor

Quod oves magno periculo  
 Restant sepe sine conductore  
 Nam et lupus semper in angulo  
 Has deuorat carentes rectore  
 Qui regitur a summo pastore  
 Sepe dicit pessimam pressuram  
 Simus ergo sub illo auctore  
 Super alios mors facit morsuram

B iii